



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1663. usque ad annum 1674

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1780**

**VD18 90119193**

§. 5. Conjuratio detecta.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67332](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67332)

Sæc. XVII.  
A. C. 1670.

§. V.

*Conjuratio detestata.*

*Tuld. Hist.  
Doc. 1. 2.*

**H**æc dum in Hungaria gerebantur Tattenbachius Comes Cranichseldam ad Petrum Serinium profectus eidem subigendæ Styriæ consilium præstitit; Igitur inter eos convenit, Græcium ex insidiis hac ratione capiendum: Adduceret Francipanius Turcarum millia a Bosnaniensi Bacia submissa unacum scalis ceteroque paratu, horum partem Cæsareis opponeret, aliam Serinius ipse noctis beneficio haud procul Græcio admoveret: facto Tattenbachius die vigesima octava Martii, velut ob belli metum Cranichselda pretiosorem suppellectilem Græcium translaturus, aliquot Janissarum millia sex tectis curribus inferens qui per speciem diffractæ in ponte licio rotæ, dato signo, trucidatis giliis in urbem irruerent, civesque reiectis flammis, ac promiscua cæde sui defensione averterent, ferventem tumultu Serinius cum quatuordecim Turcarum millibus advolaret, & per Suravii Comitæ aedes in arcem penetraret. Verum sanguinaria hæc conjuratio Vindex Deus in Authoris capite retorsit: Habebat Tattenbachius inter suos



suos famulos quemdam arcani hujus Sæc. XVII.  
 consilii participem, sibi in paucis A.C. 1670.  
 fidum, hunc tamen furti reum in car-  
 ceres conjici jubebat. Hic vero aut  
 ultionem sumpturus, aut supplicium  
 evasurus, Willio Urbano Prætori to-  
 tam conspirationis feriem ex propriis  
 Heri sui & Serinii literis manifestat:  
 Hisce literis Viennam missis, res, ne  
 locii fuga sibi consulere, per aliquot  
 dies tam religioso premebatur silentio,  
 ut Tattenbachius nil sinistri suspicatus,  
 Bachanalibus, genioque liberius indul-  
 geret, & Preinerum Comitem Consilii  
 Præsidem, qui jam antea Comiti in-  
 vigilare, ab Aula monitus fuerat, in  
 Curia conveniret, de suo itinere Cra-  
 nichsfeldiano nova relaturus. Vix au-  
 tem Consilii locum ingressus fuerat,  
 cum illico Cæsaris nomine gladium  
 ponere, ac in custodia esse juberetur:  
 Excutiuntur ædes, scrinia & literæ,  
 reperiuntur arma sex hominum milli-  
 bus suffectura; Rogatus, quid iis vo-  
 luisset, mox crimen cum gemitu confi-  
 tetur, ac carceri mancipatur.

§. VI.

*Reliqui ex Conjuratis capti.*

Eodem tempore Serinius quoque in *Wagn. Hist.*  
 prodicionis suspicionem trahebatur; *Leop. 1.3.*  
 præ- *pag. 242.*